

## SPECIMEN B1

### CERTIFICAZIONE LINGUISTICA IN LINGUA LATINA 2018

#### USR EMILIA ROMAGNA – CUSL

1. Pulchrum, dii boni, facinus Graecarumque facundiarum magniloquentia condignum M. Cato
2. libris originum de Q. Caedicio tribuno militum scriptum reliquit. Id profecto est ad hanc ferme
3. sententiam: Imperator Poenus in terra Sicilia bello Carthaginiensi primo obviam Romano exer-
4. citui progreditur, colles locosque idoneos prior occupat. Milites Romani, uti res nata est, in lo-
5. cum se insinuant fraudi et pernicii obnoxium. Tribunus ad consulem venit, ostendit exitium de
6. loci importunitate et hostium circumstantia maturum. 'Censeo,' inquit 'si rem servare vis, faci-
7. endum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam' – sic enim Cato locum editum as-
8. perumque appellat – 'ire iubeas, eamque uti occupent, imperes horterisque hostes; profecto ubi
9. id viderint, fortissimus quisque et promptissimus ad occurrandum pugnandumque in eos prae-
10. vertentur unoque illo negotio sese alligabunt, atque illi omnes quadringenti procul dubio ob-
11. truncabuntur. Tunc interea occupatis in ea caede hostibus tempus exercitus ex hoc loco
12. educendi habebis. Alia nisi haec salutis via nulla est'. Consul tribuno respondit consilium qui-
13. dem istud aequè providens sibi videri 'sed istos' inquit 'milites quadringentos ad eum locum in
14. hostium cuneos quisnam erit, qui ducat?' 'Si alium' inquit tribunus 'neminem reperis, me licet
15. ad hoc periculum utaris; ego hanc tibi et reipublicae animam do'. Consul tribuno gratias lau-
16. desque agit. Tribunus et quadringenti ad moriendum proficiscuntur. Hostes eorum audaciam
17. demirantur quorsum ire pergant, in expectando sunt. Sed ubi apparuit ad eam verrucam oc-
18. cupandam iter intendere, mittit adversum illos imperator Carthaginiensis peditatum equita-
19. tumque, quos in exercitu viros habuit strenuissimos. Romani milites circumveniuntur, circum-
20. venti repugnant fit proelium diu anceps. Tandem superat multitudo. Quadringenti omnes cum
21. tribuno perfossi gladiis aut missilibus operti cadunt. Consul interim, dum ibi pugnatur, se in
22. locos tutos atque editos subducit.

## ESERCIZI

### ESERCIZIO N. 1

Nel contesto proposto, che cosa significano le seguenti espressioni, qui indicate nella forma del loro lemma?

1. *Facinus* (r. 1)

- impresa**
- nefandezza
- atto di violenza
- aneddoto

2. *Imperator* (r. 3)

- imperatore
- principe
- dittatore
- generale**

3. *Se insinuare* (r. 5)

- inserirsi
- addentrarsi**
- salire
- sfociare

4. *Circumstantia* (r. 6)

- circostanza
- situazione
- minaccia
- lo stare intorno**

5. *Salus* (r.12)

- salute
- salvezza**
- sorte
- coraggio

6. *Consilium* (r. 12)

- assemblea
- deliberazione ufficiale
- consiglio
- decisione**

7. *Periculum* (r. 15)

- perizia
- tentativo**
- accusa
- condizione di rischio

8. *Anceps* (r. 20)
- duplice
  - senza speranza
  - incerto
  - pericoloso

## ESERCIZIO N. 2

Scegli l'indicazione corretta, facendo una crocetta sulla risposta che ti sembra giusta

1. Con quale termine è concordato l'attributo *obnoxium* (r. 5)?

- Locum
- Res
- Fraudi
- Pernicie

2. *vis* (r.6) significa:

- la forza
- l'uomo
- l'esercito
- tu vuoi

3. *in eos* (r. 9) si riferisce a:

- Romanos
- Carthaginienses
- Consules
- Tribunos

4. Qual è il valore di *quisnam* (r.14)?

- Pronome interrogativo
- Pronome indefinito
- Pronome relativo
- Nesso causale

5. Il significato di *licet* (r. 14) in questo contesto:

- Sebbene
- Legittimamente
- Pure
- È possibile

6. *Agere gratias* (r. 15/16) significa:

- Dare piacevolezza
- Intrecciare amicizia
- Ringraziare
- Instaurare un potere

7. *eorum* (r.16) si riferisce a:

- hostes
- tribunus
- tribunus et quadringenti milites

o tribunus et consul

8. *perfossi* (r.21) significa:

- o **trafitti**
- o uccisi
- o morti
- o percorsi

### ESERCIZIO N. 3

**Nozioni di morfosintassi: trasforma le seguenti frasi estrapolate dal testo, secondo le indicazioni che ti vengono fornite**

1. *Imperator Poenus in terra Sicilia bello Carthaginiensi primo obviam Romano exercitui progreditur, colles locosque idoneos prior occupat.*

Imperator Poenus in terra Sicilia bello Carthaginiensi primo, cum obviam Romano exercitui \_\_\_\_\_ **progressus esset** \_\_\_\_\_, colles locosque idoneos prior occupat.

**N.B.** È stata accolta anche la forma *sit*, considerato che il verbo della proposizione principale *occupat* è presente storico.

2. *Illi omnes quadringenti procul dubio obtruncabuntur.*

Tribunus dicit \_\_\_\_\_ **illos omnes quadringentos procul dubio obtruncatum iri** \_\_\_\_\_

3. *Tunc interea occupatis in ea caede hostibus tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis.*

Tunc interea, dum hostes in ea caede \_\_\_\_\_ **occupati sunt** \_\_\_\_\_, tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis.

4. *Consul tribuno respondit consilium quidem istud aequè providens sibi videri.*

Consul tribuno respondit: 'Consilium quidem istud aequè providens \_\_\_\_\_ **mihi videtur** \_\_\_\_\_'.

5. *'quisnam erit, qui ducat?'*

Consul quaesivit quisnam \_\_\_\_\_ **futurus esset qui duceret** \_\_\_\_\_.

**N.B.** È stata accolta anche la forma *quisnam ducturus esset*.

6. *'ego tibi et reipublicae animam do'.*

Tribunus dicit \_\_\_\_\_ **se ei et rei publicae animam dare** \_\_\_\_\_.

7. *fit proelium diu anceps.*

Notum est proelium \_\_\_\_\_ **diu anceps factum esse** \_\_\_\_\_

8. *Consul interim, dum ibi pugnatur, se in locos tutos atque editos se subducit.*

Consul interim, militibus ibi \_\_\_\_\_ **pugnantibus** \_\_\_\_\_, se in locos tutos atque editos se subducit.

### ESERCIZIO N. 4

**Scegli fra questi tre riassunti del testo, quello che ti sembra sintetizzare meglio il racconto**

1. *Nel corso della prima guerra punica, i Cartaginesi si collocano in posizione strategica favorevole. Lo svantaggio romano sembra prospettare una sicura sconfitta. Il tribuno militare Q. Cedicio propone una manovra diversiva, per la quale si offre volontario: quattrocento soldati occupano un'altura, i Cartaginesi li attaccano e li sterminano, ma lasciano la possibilità al resto dell'esercito romano di occupare una posizione più favorevole.*
2. *Nel corso della prima guerra punica, i Romani sono incalzati dall'esercito cartaginese verso un'altura. Il tribuno militare Q. Cedicio riceve dal console l'ordine di fare una sortita per distrarre i Cartaginesi e permettere ai Romani di collocarsi in una posizione più favorevole. Quattrocento soldati si avviano così verso la morte per garantire la salvezza della patria.*
3. *Nel corso della prima guerra punica, i Cartaginesi si collocano in posizione strategica favorevole. Lo svantaggio romano sembra prospettare una sicura sconfitta. Il tribuno militare Q. Cedicio propone una manovra diversiva: inviare quattrocento soldati a combattere contro la fortissima cavalleria nemica, che tuttavia riesce a sbaragliarli. Il console, vista la mala parata, fugge di nascosto.*

Scelgo il riassunto nr. \_\_\_\_\_

## ESERCIZIO N. 5

**Completa, dove ti sembra necessario, la seguente parafrasi, usando i verbi che trovi in fondo, coniugandoli opportunamente**

Mirum facinus Q. Caedicii, tribuni militum, a M. Catone **A narratur**. Bello Poenico primo, dux Carthaginiensium, qui in Sicilia contra Romanos pugnabat, altum locum occupavit ut illinc hostibus insidias **B faceret**. Cum Q. Caedicius vidisset exercitum Romanorum in loco importuno atque a Poenis circumventum esse, consuli magnum periculum ostendit: nisi remedium **C inveniretur/inventum esset**, milites interituros esse; unam viam salutis esse, si consul imperavisset ut quadringenti milites irent ad locum ab hostibus occupatum ibique **D consisterent**. Nam, cum hostes id **E animadvertissent**, dubium non erat quin strenuissimi milites Carthaginiensium descensuri essent ad Romanos **F adgrediendos** atque omnes quadringenti milites perituri essent. Consul tribuni consilium optimum putavit, **G timebat** tamen ne ullus miles inveniretur qui vellet in hostium fauces illos quadringentos **H ducere**. Q. Caedicius, autem, adfirmavit se illum periculum **I suscepturum/suscepturum esse**; nam decorum putabat se pro consule suo et pro patria **L mori**. Imperator Romanorum tribunum suum laudavit eique gratias **M egit**; ille cum aliis quadringentis militibus ad mortem **N profectus est**. Poeni Romanos ex alto **O spectabant**, incerti quo tribunus et quadringenti milites tenderent. Cum intellexissent illam verrucam eos invasuros esse, dux Poenorum contra illos praemisit omnium validissimos milites equitesque suos. Carthaginienses Romanos pedites **P circumvenerunt**; qui,quamquam graviter pressi, tamen sustinuerunt longam et incertam pugnam. Denique quadringenti victi sunt nec quisquam eorum **Q superfuit**; omnes in acie ceciderunt. Interea consul maiorem partem exercitus salvam et incolumem **R subduxit**.

- |             |               |                |                |
|-------------|---------------|----------------|----------------|
| 1.adgredior | 5.animadverto | 9.ago          | 13.circumvenio |
| 2.consisto  | 6.duco        | 10.suscipio    | 14.facio       |
| 3.invenio   | 7.morior      | 11.subduco     | 15.narro       |
| 4.specto    | 8.supersum    | 12.proficiscor | 16.timeo       |

## ESERCIZIO N. 6

Indica, apponendo una crocetta nella casella che ti pare opportuna, se sulla base del testo proposto le seguenti affermazioni sono da ritenersi vere o false

1. In Catonis libris pulchrum facinus de Q. Caedicio tribuno militum traditum est.

Verum                      Falsum

2. Exercitus Romanus idoneo loco aciem instruxit.

Verum                      Falsum

3. Tribunus militum consulem hortatur ut quadringentos milites iubeat ire ad occupandam verrucam.

Verum                      Falsum

4. Consul tribuni militum consilium recusavit.

Verum                      Falsum

5. Tribunus proposuit se ad moriendum iturum Romanae victoriae causa.

Verum                      Falsum

6. Romani milites Carthaginienses circumvenerunt et occiderunt.

Verum                      Falsum

7. Omnes quadringenti milites Romani ceciderunt.

Verum                      Falsum

8. Consul unus se servavit.

Verum                      Falsum